



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Universitätsbibliothek Paderborn

Breuiarius Moguntiu[m]

[Straßburg], [ca. 1500]

Le. iij

urn:nbn:de:hbz:466:1-31634

pandetur omne malum super
habitatores terre. Quia ecce
ego conuocabo omnes cognati
ones regnorum aquilonis di
cit dominus et uenient et po
nent unusquisque solium suum
in introitum portarum hieru
salem. et super omnes muros ei
in circuitu et super uniuersas ur
bes iuda. **Hec. Lectio scda.**
Quod loquar iudicia mea cum
eis super omnem maliciam eorum
qui dereliquerunt me et libaue
runt deus alienis et adorauerunt
opus manuum suarum. Tu er
go cinge lumbos tuos et surge
et loquere ad eos omnia que
ego precipio tibi: ne formides
a facie eorum: nec enim timere te
faciam uultum eorum. **Hec. Le. iij.**
Ego quippe dedi te hodie in
ciuitatem munitam et in co
lumnas ferream et in murum
ereum super omnem terram re
gibus iuda et principibus eius et
sacerdotibus et omni populo ter
re et bellabunt aduersum te et non
preualebunt quia ego tecum sum
ait dominus ut liberes te. **Hec.**
Orauit daniel dicens. **Cap.**
domine ne despicias populum
tuum: neque auferas misericor
diam tuam a nobis propter abra
ham dilectum tuum et ysaac
seruum tuum et iacob sanctum
tuum. **Deo. Sup. bened. an.**
Magister dicit tempus meum
prope est apud te facio pascha cum

discipulis meis. **Collecta.**
Presta quoniam omnipotens deus: ut
dignitas conditionis humane
per immoderantiam sauciata me
dicinalis parsimonie studio
refozmetur. **Per. Sup. plm.**
Quod esto domine propitius plebi tue:
ut que tibi non placet respues
tuorum potius repleatur delictis
onibus mandatorum. **Super
mag. an.** Desiderio desideras
ui hoc pascha manducare yo
hiscum antequam patiar. **Feria**
I sexta. **Secundum Iohannes**
Nillo tempore: Collegerunt
pontifices et pharisei consilium
aduersus iesum. Et reliqua.
Omelia lectionis eiusdem.
Resuscitato a christo salua
tore lazaro tanto ingenti mi
raculo multi ex iudeis qui pres
entes fuerant uel uiderant quod
fecit crediderunt in eum. **Tu**
Quidam uero ex **Lectio scda**
ipsis siue qui iam in eum credi
derant siue qui ad martham
et mariam consolandi causa ue
nerant abierunt ad phariseos
et nunciauerunt eis que fecit iesus
siue pro studio ut et ipsi in
eum crederent siue gratia de
ferendi ut contra eum seirent.
Tu autem domine miserere nobis.
Deo gratias. Lectio tertia
Protinus illi malicia sua con
tenebrati et quo se uerteret ne
scientes uidebant se signorum
euidencia superari. Collegerunt